



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De interdicto ecclesiastico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

Decimo ex his aperitur vera ratio ad decisionem d. c. si ciuitas. nam licet alioqui appellatione ciuitatis tantum contineatur id, quod iuris cingitur, nec veniant suburbia, & continentia adificia, tamen interdicta ciuitate, censentur & suburbia interdicta, ne interdicto ecclesiastico facillime fiat illusio, quae contingeret, si interdicta ciuitate, possent diuina officia in suburbiis celebrari. quam rationem expresse explicat Romanus Pontifex in d. c. si ciuitas, cuius ad hoc meminere Abb. & Fel. 2. col. in d. c. Rodolphus. Alexand. in d. l. 2. ff. de verb. significat. Ita in l. fin. colum. vlt. C. de succes. edit. Abb. in c. vltimo de preb. colum. 2. Socin. & Ludou. Lusita. in d. l. vltibus. ff. de reb. dub. 7. & 8. colum.

Ex quibus patet verus intellectus ad regiam. l. 6. tit. 33. part. 7. quae probat, appellatione ciuitatis suburbia contineri. nam licet lex illa velit, hoc esse regulare, nihilominus accipienda est eius responsio in his casibus, quibus iure communi diximus, appellatione ciuitatis suburbia contineri, ne alioqui existimemus per eam constitutionem tolli tot iurisdictionis responsa.

Hinc etiam constat, qua ratione procedat quod Abbas & Fel. in d. c. Rodolphus. scripsere, tenentes, in materia odiosa, & stricta, appellatione ciuitatis suburbia non contineri. hoc nempe à mente disponentis attenda subiecta materia deducitur, quasi aliud dicendum sit in fauorabili materia, vt tunc appellatione ciuitatis contineantur suburbia, imo & ipsius ciuitatis comitatus, & vici omnes eidem ciuitati respondentes. Abb. Imo. & Fel. in d. c. Rodolphus. Imol. & Alex. in l. si finis. §. ex hoc edito. ff. de dam. infect. Imo. & idē Alex. in rub. ff. sol. matr. Soc. consil. 86. l. b. 4. text. opt. in l. qui ex vico. ff. ad municipal. cui adde Bald. in leg. si in aliquam. ff. de offi. procons. & leg. Bart. & ibi Capolam, num. 20. in d. l. 2. gl. in c. ego Ludouicus. 63. dist. 11.

Est tamen intelligenda responsio tex. in d. c. si ciuitas, vt interdicta ciuitate, & suburbia interdicta censentur, etiam si suburbia non sint subdita illi domino, cuius causa ciuitas interdicatur: etenim & in hoc casu militat ratio eadem, quae in d. c. si ciuitas. expressa est. neq. ita licet ciuitas quoad iurisdictionem, & temporale domini subiecta sit illi, cuius culpa interdictum decernitur, suburbia autem alteri, profecto & hęc suburbia interdicta erunt secundum Doct. in d. c. si ciuitas. Fel. in d. c. Rodolphus. colum. 2. post Calder. de ecclesiast. interdict. 2. membro, vers. circa quod quero. qui subdit idem esse, vbi in illa suburbia minime haberet iurisdictionem ecclesiasticam is, qui interdictum decreuit. Nam ex eadem ratione interdicta ciuitate suburbia erunt interdicta, quod est omnino notandum.

Qua vero dicantur continentia edificia & suburbia, vt locus sit huic decisioni, quae de interdicto ecclesiastico Rom. Pontif. constituit, in d. c. si ciuitas. boni viri arbitrio discernendum erit, qui hoc ipsum ex situ loci, ex communi loquendi vsu, & ex aliis estimabit. gl. communiter recepta in d. c. si ciuitas.

Interdictum ecclesiasticum, quod in locū fertur, quandoque generale est, quandoque speciale: generale etenim dicitur, quoties regnum, prouincia, ciuitas, villa, aut castrum interdicatur, speciale autem quando in aliquam ecclesiam, aut parochiam nominatim decernitur, quemadmodū probat text. vbi notat Abb. in c. cum in paribus. de verb. signific. Cald. in tract. de eccles. interdict. 2. membro, colum. 5. Syluest. in verbo, intellectū. l. 4. 3. ad idem text. in c. cum inter. de consue. tradidit preter alios Nicol. Ploutus in tract. de interdict. 1. colum. Flor. 3. part. tit. 26. c. 2. Ioan. in summa confess. lib. 3. tit. 33. q. 222. ex quibus infertur, speciale, aut particulare interdictū dici, cū omnes ecclesie alicuius ciuitatis interdicuntur, ita vt nihil intersit, singulariter an generaliter omnes ecclesie fuerint interdictae. satis enim est, quod extra ecclesias in eodem loco possint diuina officia celebrari, vt interdictū non dicatur generale. sicut in specie voluit Cald. in d. 2. membro, fol. 3. col. 1. Florent. in dict. c. 2. §. 1. & Syluest. in d. quest. 3. quorum opinio communis est imo dicitur optime interdictum generale, si fuerit populus interdictus, villa, ciuitas, vel oppidum: tamen si in ea ciuitate, villa, vel oppido vnica tantum sit ecclesia, quod ipse ex precitatis auctoritatibus, praesertim Cald. adnotauit. hęc vero distinctio interdicti generalis à speciali, admodum utilis est ad plura, quae inferius in huius capituli examinatione sunt singularim explicanda pro eius perfectiori interpretatione.

His tandem, & aliis, quae hoc in c. adnotantur, manifeste deducitur, plurimum differre interdictū ab excommunicatione maiori, quia excommunicatio priuat communionem fidelium, tam interiori, quam exteriori. interdictum autem

solum priuat exteriori diuino officiorum auditione & celebratione, perceptione sacramentorum, & ecclesiastica sepultura. quae quidem priuatio multis est modis limitata, vt denique minime noceat directe animae, quemadmodū noceat excommunicatio. quippe quae damno spirituali eam afficiat. notat discrimen istud praeter alios Ioan. in summa conf. lib. 3. tit. 33. q. 220. sic & excommunicatio minor ab interdicto differt, cum illa non priuet auditione diuino officiorum, nec omnino illorum celebratione, nec sepultura ecclesiastica, iuxta text. & ibi notata in c. si celebrat. de cler. exco. & excommunicatio, ac totidem, in quibus differant interdictum, Iacob à Canonibus in tract. de iur. in part. vlt. quorum aliquo & Cald. tradiderat in tract. de eccles. interdict. Fel. 2. col. 1. & 2. item glof. Panor. & Doct. in c. ad haec. in vlt. de appellat. & Doct. in c. cui. §. vlt. isto tit. Anania in rub. de cler. excomm. minist. nu. 17. Etiam in c. 1. §. pen. supra eod.

§. SECVNDVS,

De interdicto ecclesiastico.

SYMMARIA.

- 1 Cessatio à diuinis quid sit. Et an suspendatur per appellationem sequentem.
- 2 Irregularis non est qui tempore cessationis à diuinis celebrat officia diuina.
- 3 Irregularis ex quibus actibus quis efficiatur tempore interdicti.
- 4 Interdictum ecclesiasticum an suspendi possit.
- 5 Interdictum ecclesiasticum, an possit ad cautelam remitti.
- 6 Quis possit interdictum, & cessationem à diuinis discernere.
- 7 Qua sacramenta poterant ante constitutionem istam ministrari tempore interdicti, & inibi de infantibus decedentibus absque baptismo.
- 8 Oblati & conuersi qualiter differant?

Interdicto ecclesiastico admodum similis est, & alia iuris pontificij censura, quae cessatio à diuinis nuncupatur. Vera vero est suspensio organorum diuinae laudis in aliquem locum decreta, quae quidem definitio colligitur ex c. irregularis. c. caeteri. de offi. ordin. c. caconici. e. quatuor. eod. tit. isto lib. c. dist. de appell. Innocen. in d. §. caeterum. & ibi Felin. Franc. in d. c. si non. Innoc. & Prax. in c. non est vobis. de spons. 4. col. Cal. de eccles. interd. fol. 2. col. 4. Abb. in d. c. dilectus. Syl. in ver. interdictum. t. quest. 1. ex quibus constat, cessationem à diuinis maxime differre ab interdicto. nam licet cessatio in aliquem locū decernatur, attamen est quid facti, & tantum inducit suspensionem diuino officiorum, nec reddit, aut efficit ipsum locum interdictum: interdictum autem ecclesiasticum est quid iuris, quod precitatis Doctores fatentur, praesertim Panor. & alij in d. c. dilectus. glof. in pragm. sanctio. tit. de pignorant. cultum diuinum in verb. cessatur.

Ex quo infert Panor. in c. dilectus proxime citato. col. pen. cessationem à diuinis per appellationem sequentē non suspendi, quia sit quid facti, interdictum autem ecclesiasticum per appellationem subleuatum suspendi. Hanc differentiam probare videntur Doct. in d. c. dilectus. & Gonfalus à Villadiego de irregula. cap. de interdicto ad fin. est tamen eorum opinio in hunc sensum accipienda, vt cessatio à diuinis post appellationem decreta minime sit nulla ipso iure: cum ad factum pertineat, & ideo effectum habeat, siquidem non obstante appellatione nihilominus à diuinis cessatur. interdictū autem, cū ad iuris effectum spectet, nullum est ipso iure, si post appellationem decretum fuerit. nec enim potuit Panor. adnotare, quod interdictum per appellationem sequentem suspendatur, est etenim in contrarium expressa decisio. in c. ad haec in vlt. de appellat. & in cap. is cui. §. vlt. supra isto tit. & tamen ego non omnino probarem hanc differentiam inter cessationem à diuinis, & interdictum. nam & si videam facta non posse infecta fieri quoad factum ipsum, & ideo cessationem à diuinis post appellationem executioni traditam iam induxisse suspensionem illam organorum diuino, tamen quoad iuris effectum cessatio à diuinis per appellationem praecedentē inanis est, si quos ipsa iuris effectus habet, quod statim tractabitur, sic & in interdicto, imo & in excommunicatione idem erit, quia in his, quae ad factum pertinet, si executione contingat, effectum habent post appellationem hęc, sicut latē, in his vero quae ad iuris effectum referri possunt, inanes sunt, & nullae. Igitur haec erit vera differentia, quod cessatio à diuinis nullū, vel paucos inducit iuris effectus. interdictum autem aliquot, excommunicatione plures. atque ita est intelligendum. quod communi omnium iudicio post

eo. quod censura ecclesiasticæ regulariter ligant ad nutum, & voluntatem iudicis eas decernentis. *cap. veniens in 2. de testib. cap. significasti. de eo, qui duxit in mat. nos item priori huius relectionis parte tractauimus, dum de abolitione ab excommunicatione tradidimus. Constat etiam communis opinio auctoritate text. in cap. dilectus. de appellat. §. quia vero. Nec video congruam rationem, ex qua possit eueri communis sententia, quamvis Dec. maluerit opinionem Abb. defendere. Imò ipse cenfeo, posse ad tempus suspendi interdictum in persona ob eius propriam culpam latum, tamen si Abb. in d. cap. ad hoc. & in cap. vi. privilegia. de privileg. quadam leui ratione contrarium, saltem in hoc casu, censcat. Nam licet interdictus adhuc in crimine, & contumacia perseueret, vel de ea satisfecerit, multa possunt accidere, quæ iustissime valeant iudicem inducere ad suspensionem istam interdicti temporariam constituendam potius, quam simplicem eius relaxationem, vel obseruationem. Sic denique rationem Abbas Deci. reprobatur. in d. cap. ad hoc. quæ notanda sunt ad intellectum gloss. in cap. presentis. supra isto titul. quæ asseuerat, ecclesiasticum interdictum suspendi posse ad tempus certum. item ad gloss. in d. cap. ad hoc. de appellat. quæ voluit solum Romanum Pontif. posse permittere, & privilegium concedere, vt in loco interdicto celebraretur, ita quidem quod Episcopus minime poterit in hoc dispensare, vt liceat tempore interdicti celebrare. Hanc sane opinionem sequitur Philippus Franc. in d. cap. ad hoc. quæst. vi. m. & sensim idem tenuerunt Doctor. ibi, quorum opinio vera est in hoc sensu, quod Episcopus non possit permittere alicui diuini officij celebrationem in loco ab alio interdicto, poterit tamen hanc promissionem concedere vbi à seipso, aut eius auctoritate fuerit interdictum decretum. Etenim si Episcopus suspendere ad tempus potest interdictum à se latum, vt modo dicebam, eadem ratione etiam poterit permittere, vt tempore interdicti possit diuinum officium celebrari: modo hanc permissionem ex causa Episcopus concedat, & ad tempus, ne videatur privilegium dare aduersus ius commune celebrandi tempore interdicti.*

Præter hæc, licet interdictum ecclesiasticum non possit ad cautelam remitti, ac dissolui, *cap. presentis. isto titul. quod de interdicto generali tractat. Nam speciale interdictum bene potest ad cautelam laxari, secundum gloss. & commun. ibi Felin. in cap. apostolica. num. 3. de except. Nicol. Milis in repertorio in verb. interdict. Cald. de ecclesiast. interdict. pag. 8. Rotam in nouis 438. qui omnes expressim tractauerunt de interdicto particulari decreto in aliquam ecclesiam, vel locum, atque ita obtinuit vsus Romanæ curiæ, vt Felin. testatur, præsertim quia in speciali interdicto nequaquam obtinet huius capitis moderatio in diuinis celebrandis, vt statim explicabitur: atamen generale interdictum potest, ac debet simpliciter remitti, & dissolui ad exemplum simplicis abolitionis, quæ datur ab excommunicatione, præsertim prius cautione iuxta formam text. in cap. cum contingat. de offic. deleg. & cap. 2. supra isto titul. quod in c. qua fronte. de appellat. idem probat Martin. Azpilcueta c. cum contingat. de rescript. 7. remedio. & licet Felin. in d. c. apostolicæ. referat prædictas decisiones ad interdictum speciale, ipsæ tamen de generali loquuntur.*

Hanc vero interdicti ecclesiastici censuram decernere poterit quilibet iudex ecclesiasticus, cui competit ius censuræ ecclesiasticæ, etiam interdictum contineant. *cap. quaerenti. de verborum significat. sed in specie in iudice ordinario est text. in cap. cum ab ecclesiarum prælati. de offic. ordin. cum & plantare. §. 1. de privileg. c. episcoporum. eodem titul. isto lib. c. cum inter. de consuetud. c. transmissam. de electio. c. auditus. de præscript. in delegato. text. in cap. sane. in 2. de offic. deleg. in subdelegato. c. ex literis. eod. tit. notant vbi que Doct. Hosti. & alij in c. quæstio. de his quæ sunt à maiori parte, Cap. Cald. in tract. de eccles. interdict. 3. membro. Syluest. in verb. interdictum. totus q. 3. Floren. 3. part. tit. 26. c. 2. §. vi. Ioan. in summa confess. lib. 3. tit. 33. q. 228. de cessatione à diuinis. hi Doctor. tradidit. posse eam decerni ab Episcopo, & Prælati habentibus ordinariam ecclesiasticam iurisdictionem, & præterea à Canonicis, ac capitulo cathedralis ecclesiæ, si hoc ius privilegio, aut consuetudine acquisierint, modo seruent in ea decernenda formam traditam in cap. si Canonici. de offic. ordin. isto libro. & in cap. quamuis. eodem titul. c. irrefragabili. §. caeterum. eiusdem titul. in decretalibus. Cardin. in clement. 1. isto titul. §. vltim. qui in §. quod etiam. per textum ibi scribit, posse concilium pro-*

vinciale, & episcopale cessationem à diuinis indicere. idem in d. c. clement. 1. num. 48. notat Bonifacius. Sed & quod ordinarius, Episcopus inquam, possit indicere cessationem à diuinis, probat gloss. illic recepta in d. cap. si Canonici. in verb. cessare. quæ asserit, Canonicos iure proprio posse cessationem indicere, sede vacante, quia succedunt in iurisdictionem Episcopi ordinariam. Ergo & ipse Episcopus poterit iure proprio iurisdictionis ordinariæ hac censura vt. Idem manifestum fit ex eo, quod Episcopus potest concedere Canonicis priuilegium indicendi cessationem à diuinis secundum Ioan. And. Gulielm. Domini. Ancharan. & Franc. Vancheliu in d. c. si Canonici. fit igitur manifestum posse Episcopum cessationem à diuinis vt, siquidem potest dare potestatem cessandi. & fortassis communis hæc opinio, quæ & Syluest. placuit, in verb. cessatio, est intelligenda in hunc sensum, vt Episcopus possit delegare, & committere Canonicis, & Capitulo, potestatem cessandi à diuinis, quæ ipse potuisset vt, non tamen quod possit eis dare priuilegium indicendi cessationem à diuinis proprio iure in perpetuum. Hoc enim videtur non posse concedi ab alio, quam à summo Pontifice, quemadmodum Archid. sentit. His item, quod ipse Archid. & omnes, præsertim Francus, adnotarunt in cap. quæstio. de offic. ordin. in 6. super gloss. vltima respondentes, non esse seruandam formam illius capituli in cessationibus, quæ Canonici à superiore interdictas seruare tenentur, sed in his, quæ ipsi iure speciali indixerunt. Nam cum Episcopus superior sit, nec ab hac propositione excipitur, ratio dicitur, posse ipsum iure proprio cessationem à diuinis vt.

Ex quibus deducitur, Episcopum posse iure ordinario cessationem à diuinis in aliquem locum decernere, prout etiam ab interdicto ecclesiastico distinguitur. Hoc etenim constat ex communi omnium resolutione, nec contrarium voluit Palud. in 4. sentent. dist. 18. quæst. 8. artic. 3. conclus. 4. imò hoc ipsum sentit, tamen quidam aliud ex eo adnetauerunt asserentes, cessationes prælatorum esse proprie, & vere interdicta, quod ipse probarem, vbi sumus in dubio, an prælati voluerit indicere cessationem à diuinis, vel interdictum, alioqui vbi esset manifesta Episcopi mens, dubio procul cessatio à diuinis seruanda foret in modum veræ ac proprie cessationis à diuinis, de qua paulo post disputabitur.

Verum quo apertius intelligamus, quid hæc constitutio nouo iure induxerit circa diuinorum officiorum celebrationem tempore interdicti ecclesiastici peragendam, oportet hic memoria repetere, quæ fuerint olim hoc tempore permissa, & gloss. hic in verb. sacramentis, aliquot veterum constitutionum meminit, quæ sacramenta quadam tempore interdicti ministrari permittebant, in primis etenim Baptisma paruulorum permillum erat *cap. non est vobis. de sponsalibus. nam de adultis baptizandis poterat maxima ratione dubitari. siquidem pauci nondum habentes rationis vsum minime iustificantur à peccato originali: per fidem parentum, aut votum ipsorum quidem parentum, etiam si admodum cupientibus his, & exoptantibus, ac procurantibus filiorum baptisima, filij decesserint abique hoc sacramento, quia non potuerit eis ministrari, ob aliquam causam, nempe quod aquæ copia ab baptismum necessariæ defuerit. Hæc laque conclusio palam probatur ab Augustino lib. de fide ad Romanum. cap. firmissime de conse. dist. 4. & à duo Thom. part. quæst. 68. artic. 2. & artic. 11. quibus in locis manifeste asseuerat, votum baptismi ad salutem sufficere, modo habeat ipse baptizandus vsum rationis, & infantes nequaquam posse in vtero matris baptizari, idem probat textus elegans in cap. non vt apponeres. de baptismo. tamen si Caietan. audacter profecto super Thom. in d. art. 2. & 11. probabile censcat, sufficere ad salutem paruulorum, parentum fidem, vt votum præcipue cum aliquo exteriori signo. Sed & multi ante Viclef, teste Waldensi, & Gerson conati sunt eandem opinionem tenere, quam nostra atate ipse Caietan. sub correctione tamen asseuerat. Cuius sententia post legis Evangelicæ promulgationem periculosa est, & omnino improbanda, camque fallam esse ostendit eruditissime Domin. à Soto lib. 2. de natura & gradibus. cap. 10. Andr. item à Vega in decisione Concilij Tridentini, lib. 5. cap. 16. & idem lib. 15. cap. 2. & veluti errorem manifestum inter eiusdem Caietan. errores commemorat Ambrosius Catharinus lib. 5. aduersus Caietan. eandem sententiam improbare videtur diuus August. in epist. 28. ad Hieronimum. idem August. de baptismo paruulorum. c. nulla præter. de conse. dist. 4. & Ioan. Papa. 130. q. 1. c. ad liniam hoc ipsum & Fl. centena*

ipso non electa sepultura, est cuiusque mortui sepulchro destinatus, sepeliantur sane in ecclesia, cui corpus illud pertinet, ac competet, etiam si ea interdicta sit. At si ab his oblati electa fuerit ad sepulchrum ecclesia, cui seclusa electione iure Pontificio minime corpus illud competeat, & ea sit interdicta, non sunt admittendi ad ecclesiasticam sepulturam per eos electam, quod ex vero sensu eiusdem capituli deducere videntur Hostiensis, Panor. & alij in d. c. vi privilegia. & Syluest. in verbo interdictum. §. quest. 8. Oblati vero dicuntur ad huius privilegij usum qui non tantum propria bona, sed se ipsos dederint monasterio, quemadmodum glo. explicat in verbo, v. b. denarij. & ibi Abb. in d. c. vi. privilegia. quod facilius intelligi poterit, si prænotemus, maximam differentiam esse inter conuersos, & oblatos. Nam conuersi sunt qui mutato habitu religionem ipsam profitentur minime ordine ecclesiastico præditi, & hi cum cæteris religiosis intra monasteriorum claustra vitam agunt. Oblati vero sunt qui absque religionis professione se ipsos perpetuo monasterio obulerunt, sicuti tradunt Cardinal. in Clem. I. de decimis. col. vlt. Abb. in c. non est. de regulari. sensu. Lapsus allegatione 129. est etenim necessaria perpetua oblatio. c. per exemptionem. de privilegio. glo. cum & plantare §. vlt. cap. auarum. & ibi Abb. de privilegio. ex quibus constat, conuersum dici proprie religiosum, & personam ecclesiasticam. c. non dubium. 2. parochianos. extra isto i. idemque; colligitur ex notatis per Abbat. in rubr. de reg. Dec. in c. ecclesia S. Maria. de consuet. & ea ratione, quod Religiosus proprie sit qui tria vouerit, nempe Paupertatem, Obedientiam, & Castitatem, auctore dicitur Thom. 2. 2. quest. 186. art. 7. quibus non oblat text. in cap. ex eo. de elect. isto libro, quia inibi conuersi non habentes ecclesiasticum ordinem laici dicuntur, quo ad electiones ad differentiam eorum, qui Clerici sunt, id est, ordinem ecclesiasticum acceperunt, etenim hi tantum ad electionem admittuntur, imo per constitutionem Clem. vi. hi qui diuini. de etate & qual. hi tantum ad eam sunt admittendi qui sacris fuerint ordinibus insigniti. Oblatus vero qui mutato habitu non manet in seculo, & est proprie persona ecclesiastica: qui autem in seculo manet, non proprie, sed large persona ecclesiastica dicitur. gl. in verb. mutatio habitu. Card. Abb. & Dd. in d. c. vi privilegia. textus optimus in c. pen. de privilegio. Capella Tholofana 8. vbi Aufferi, & Panor. ac Socin. in d. c. forma compet. tractant, an oblati sit exempti à iurisdictione iudicis secularis, sed quod oblati, qui habitum non mutauerunt, possunt matrimonium contrahere, eadem Capella Tholofana asserit, nu. 33. cui ipse libenter accesserim idem constanter opinatus in quocumque oblati, qui votum castitatis non emisit tacite vel expresse, etiam si habitum secularem mutauerit. Non enim video quid in hac specie matrimonij vinculum impediatur. Que quidem omnia presentit Archid. in d. c. ex eo. & in c. vi. lex continentia. vbi gl. optima. 27. quest. 1. Bald. in l. generalis. & in Authent. ingressi. num. 8. C. de sacrosanct. eccles. Ioa. Saphilaus de lite. grati. & in folio 77. inibi explicans, hac ratione non amittere beneficii ecclesiasticum eum, qui monasterium fuerit ingressus. Ut oblati fiat non monachus. His sane præmissis ad intellectum text. in d. c. vi. privilegia. obseruandum est, non esse satis, quod cōfratres, & oblati bona sua, etiā omnia monasterio dederint, etenim hæc donatio, quæ per se, ac simpliciter nõ sufficit ad hæc privilegia, imo est necessarium, quod cōfratres mutato habitu se ipsos perpetuo dederint monasterio, vel absq; habitus mutatione se, & sua monasterio reseruato usufructu tradiderint, & obulerint. Denique erit satis sufficiens oblatio personarum absque mutatione habitus cum rerum item donatione, aut ipsa mutatio habitus cum personarum oblatione. atque ita est accipiendum quod in d. c. vi. privilegia. Doct. adnotarunt, ut inibi explicat eleganter Panorm. sic intelligens illud Rom. Pontificis responsum, cui omnino adiungere text. in d. c. cum & plantare. §. de confratribus.

Quod si quis exacte perpendat decisionem text. in d. c. vi. privilegia. manifeste deprehendet, ex eo, tempore interdicti nõ potuisse olim quemquam sepeliri in loco interdicto apud aliquam ecclesiam, aut eius cœmeterium, idem apparet in c. si cinitas. §. vltim. supra isto titulo.

§. TERTIVS.

De interdicti Ecclesiastici effectu.

S V M M A R I A.

1 Penitentia sacramentum non tantum aegrotis, sed & sanis tempore interdicti poterit ministrari.

- 2 Eucharistia sacramentum, an possit ministrari famina prægnantibus tempore interdicti?
- 3 Sacramentum eucharistie poterit tempore interdicti dari agramatis ad mortem clausis, etiam in specialibus festiuitatibus.
- 4 Irregularis an sint qui tempore interdicti ordinis susceperint?

Quia vero ex distinctione huiusmodi statutorum exco-
citat indetotio populi, pullulant hereses, & infinita per-
cula animarum insurgunt: ac Ecclesijs sine culpa earum delib-
ta obsequia subtrahuntur, cum fratribus nostris deliberat-
one habita super his diligenti, concedimus, quod tempore
interdicti ab homine, vel à iure prolati non tantum mor-
morientes, sed etiam viuentes, tam sani etiam quam infir-
mi ad penitentiam, quæ propter pronitatem, & facilitatem
hominum ad peccandum, summe necessaria est, licite admi-
tantur: dum tamen excommunicati non fuerint, quos ad-
mitti, præterquam in mortis articulo, nolumus ad eandem
penitentiam sacramentum non tantum aegrotis in periculo
interdicti, illud modo à summo præfule indulgeri, quod
penitentia sacramentum non tantum aegrotis in periculo
mortis constitutis, sed & sanis, atque in vniuersum omni-
bus tempore interdicti ministrari valeat, quod secus esse
de eucharistia sacramento tenet gloss. hic communi omni-
um cōsensu recepta: in verb. admittuntur. aliter, eucha-
ristia sacramentum interdicti tempore non posse penitenti-
bus ministrari: nisi & hi constituti sint in articulo, aut
periculo mortis. idem notat Abb. in cap. quod in te. de penit. &
remiss. col. 1. idque adeo verum est, ut ne sacramentum illud
possit exhiberi ipsis clericis, & religiosis, quibus licitum est
per hanc constitutionem ianus clausis celebrare. non enim
poterit minime celebrantibus missarum solennia eucha-
ristia dari, secundum Calder. in tract. de Eccles. interdict. 6. membra,
versicul. viso. Flor. part. 3. tit. 26. cap. 4. col. 3. Anch. & Franc. hic
hebet tamen fere omnes religiosis, & religioz privilegia
ad hoc sacramentum ab aliis ministrantibus recipiendum
tempore interdicti: sicuti patet in compendio privilegiorum
ordinum mendicantium in verb. communicare. §. 3.

Et præter alia plerique dubitarunt, an fœminis prægna-
tibus, possit tempore interdicti sacramentum eucharistie
ministrari. nam Anch. hic, Ioan. Andr. & Card. in d. cap. quod
in te. censent, non posse his sacramentum istud dari: cum non
sint prægnantes fœminæ in articulo mortis constitutæ:
quamuis periculum mortis propter partum sint subijctæ,
Panor. tamen in d. c. quod in te. & in cap. pastoralis. §. 1. de offic. ord. ac
Syluest. in verb. interdictum. §. 9. 7. contrarium verius esse opi-
nantur, quoties periculum mortis, inspecta fœminæ præ-
gnantis qualitate, maxime timeri potest. quasi hac specie
par ratio sit mulieris prægnantis, & eius, qui graui aegritu-
dine affectus proximis esse morti censetur, quam lentan-
tiam veriorem esse arbitror ex his, quæ in priori huius rele-
ctionis parte tradidimus. §. 11. num. 8.

Sic & damnatis ad mortem, etiam tempore interdicti,
dari poterit eucharistia: vt Calder. not. in tract. de Eccles. interdicti,
fol. 11. col. 4. quem secuti sunt Syluest. in verbo interdictum. §.
quest. 7. Anchor. & Franc. hic. col. 2. idemque & nos proba-
uimus lib. 2. variar. resolut. cap. 1. num. 11.

Secundo, ab huius. §. decisione argumentari libet, ordinem
sacramentum non posse celebrari tempore interdicti. Eo
etenim tempore speciali iure quedam sacramenta ministrari
possunt, inter quæ ordinis sacramentum minime connume-
ratur: igitur & hoc sacramentum tempore interdicti veti-
tum est, nec poterit absque huius censuræ violatione cele-
brari. Quod in specie adnotarunt Innoc. & Prepos. col. 3.
in d. cap. non est vobis. Flor. part. 3. tit. 26. cap. 4. Palu. in 4. sentent. dist. 18.
quest. 8. artic. 2. principali, conclus. 6. Anchor. hic. col. 2. ampa-
sensit Calde. de Eccles. interdicti. fol. 12. col. 3. tenet idem Syluest.
in verb. interdictum. §. 9. 7. ad finem. quorum opinio cōmuni est
ac multa quidem præmittit ex ea expressim deducenda.

Primum, quod Episcopus tempore interdicti ordines ce-
lebrans saltem maiores, & sacros, omnino irregularis est,
quod apparet ex eo, quia celebrat missarum solennia, & de-
inde actum exercet certo ordini Ecclesiastico competen-
tem, tempore ipso prohibito: cum ad Episcopalem ordinem
pertineat ministerium sacrorum ordinum, saltem præter
Episcopalem potestatem est necessarius in ipso Episcopo
ordo sacerdotij: quemadmodum ipse tradidi lib. 1. variar.
resolut. cap. 9. num. 15.

&c. 16